magisque honestabis. augebis, et tuis velut lautissimam, atque auream
quandam supellectilem consignabis. Fortuna in certis potest, in amicitia
vires non habet. Vale.



Parnomita.

CUR NEQUEO. ad te ire causa est, et quidem potissima:
Adventus abbatis palatiani. domus hec mea. cum par
anda, ornanda, resupinanda est, et reliqua id genus, pro
novitio illo scolastico, et familiare vetere agendum. Feras igitur equo
animo absentiam meam te rogo. Nam si licuisset via profecto
volassem. pater quidem desiderium est mihi, te videndi, te deosculandi.
sed epistolis compenses, quod negociis abnegatur. prosequar ego te
frequentioribus, tu quacumque pergere iturus ne sileas te obsecro ad
Antonium tuum. meus seria. meus iocos communices. quod dominatum
in terras, nec me latet fortassis. In bono animo sis. superanda
est omnis fortuna ferendo. Ego quod possum te feliciter predicare, et
amare, et magnifacere non minus diligenter, quam libenter efficiam.
Commatis te absentem absens aliquanto et flagrantius di
ligam, et si non effectu saltem affectu prospiciam, et doto.
quod sponte tibi obtuli, si indiges reposce, quod si feceris,
faciam ex rebus meis facile id argentum tibi inveniatur. Vale.

Antonius Parnomita.

EMENDAVI pro meo iudicio litteras nostre suavitatis ser
mone non quod indigerent correctione, sobrie quidem
atque composite erant. ~~ea~~ eo volui illi morem gerere, etiam in ea
re, qua minime opus erat. Ea enim modestia viri est,
ut ~~etiam~~ ea etiam que probe sit nescire se arbitretur, ea
etiam amicitia flagrat in me, ut sine me legi, et cognosci
nolit. Gaudeo itaque tali amico, et tam docto homine. tu
sollicitudine beare me videbis. dato operam in recuperandi tuliolum
meum id est animulam meam. Nam Jacobi mediolani est.
Quod cum feceris ad glebam me utique obligabis. cum
rogas a me quod te prestare posse, multa te posse respon
deo, et hoc ipsum posse quod peto, et nichil mihi aptius
facere posse. Vale.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0102
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG